Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



398

qui ad illos: et cognouerunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: et permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officii eius: abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit elyzabeth uxor eius: et occultabat se mensibus quinque dicens. Quia sic fecit michi dominus in diebus in quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Ad maiorem missa. Lectio ysaie ppe

Hec dicit dominus. Audite insule et attendite populi de longe. Dominus ab utero vocauit me: de ventre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus sue protexit me. Et posuit me sicut sagittam electam in pharetra sua abscondit me. et dixit michi. Seruus meus es tu israel: quia in te gliabor. Et nunc hec dicit dominus: formans me ex utero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium: ut sis salus mea usque ad extremum terre. Reges videbunt et consurgent principes: et adorabunt dominum deum tuum et sanctum israel qui elegit te. Secundum lucam.

Elyzabeth impleti sunt tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum est in die octauo: venerunt circumcidere puerum: et vocabant eum nomine patris sui zacharam. Et rn